



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

Fumo, Bartolomeo

Antverpiae, 1570

Error.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30427

committere ecclesiastica beneficia, vel officia, vel rerum ecclesiasticarum administrationem. capitu. indicatum est nobis. 89. d. sed Iconomus debet esse clericus, honeste vitæ, vt in d. di. probatur per totum. Episcopus dando beneficia, debet attendere, vt det dignis, aliter peccat, vt supra dictum est. §. 18. sic enim personatum acceptator esse conuincitur.

²³ EPISCOPVS in publico debet vti lineis indumentis, nisi sit religiosus in ca. cleri officia. de vi. & honest. cle. & tempore interdicti potest celebrare, & celebrari facere vbicunque, & audire diuina. ca. si. de priuil. in 6. interdictis tamen exclusis, non pulsatis, & c. vt in c. quod nonnullis, de priuil. nisi ipse specialiter sit interdictus, vel causam dederit interdicto, & potest vbique in altari portatili celebrare, & celebrari facere. dict. cap. si.

²⁴ EPISCOPVS nõ seruans, vel nõ faciens seruari canones ex cõtemptu, secundum Pan. in ca. ego. de iureiur. allegans glo. in c. sacerdos el. 1. 2. q. 7. est periurus, & potest recedi ab eo. sicut ab excommunicato recedere, & præciso. Episcopalis etiam dignitas à conditione seruili, vel adscriptitia liberat, imò & sacerdotalis. d. 54. cap. si seruus sciente.

²⁵ EPISCOPVS habens tẽporalem iurisdictionem in aliquo loco, debet constituere iudicẽ laicum, qui in causa præcipuẽ criminali faciat iustitiam, & potest etiam in speciali delegare in aliquo maleficio, vt faciat iustitiam, & non incurret irregularitatem, dummodò per suam iurisdictionem, neq; directẽ, neque indirectẽ indicet iudici, quòd debeat pœnam sanguinis irrogare, sed solum in genere, quòd faciat iustitiam, & quòd consulat peritos, aliter esset irregularis. c. ex literis. de excess. præla. & secundum Rod. potest dicere, quòd puniat reos, secundũ quòd ius requirit: dummodò nõ exprimat de morte, vel mutilatione, vt not. etiam Vgo. in capitu. omnis. d. 3. Vindictæ tamẽ sanguinis præsens esse non debet, vt in dict. capitu. ex literis.

²⁶ EPISCOPVS ita ignorans, quòd nescit x. præcepta, articulos fidei etiam in generali, virtutes, & vitia, & sacramenta, si interrogatus in sua ordinatione an sciat nouum, & vetus testamentum, & respondeat quòd scit, mortaliter peccat: quia pernitiosẽ mẽtitur, secus quando scit ea, quæ officio suo sunt necessaria, quia sic est cõsuetum, ideo non videtur mortaliter peccare.

²⁷ EPISCOPVS non potest doctorare, nisi habeat ex priuilegio, & tunc non requiritur, quòd cum consensu, vel consilio capituli faciat, secundum Pan. in c. cum apostolica. de his quæ fiunt à præl. in fine.

²⁸ IURA episcopalia ponuntur in c. conquerente. de offic. ordi. & ab Archid. Floren. 3. par. tit. 9. c. 5. Vide Pa. in capit. accedentibus. de excess. præla. Sil. ver. episcopus. §. 8. Episcopus dicitur quasi superintendens, eò quòd superintendit laicis, & clericis sibi commissis. d. 10. cap. clericos. & cum in hoc sit multum negligens mortaliter peccat, & dicitur canis impudicus capit. qui nec. 2. q. 1.

AEQVITAS.

¹ AEQVITAS secundum Tho. secunda secundæ. quæst. 120. alio nomine epijcia dicitur, virtus est, legis intentionẽ seruans, & nõ verba: vt quando lex mandat reddi deposita, æquitas dicit, non reddi gladium furioso, quod est contra legem scriptã, sed secundum legis intentionem, quam legislator non expressit, sed seruati debet.

ERROR.

¹ ERRARE est falsum pro vero putare, & error eorũ, quæ quis tenetur scire, est peccatum, vt quãdo errat circa ea, sine quibus actũ suũ exercere rectẽ non potest, vt si sacerdos nesciat ea, quæ ad sacerdotiũ pertinet, & Christianus articulos fidei, & necessaria ad salutem, peccatum est. Quando autem sit mortale, vide infra, Ignorantia. §. 2. & Thom. secunda secundæ, quæst. 74. a. 2.

² ERROR dicitur intolerabilis, quãdo

do aliquid communiter, vel in suo genere est peccatum, in venerabilibus, §. potest. de sent. excom. in 6. vel si aliquid impossibile contineat, ut in glo. c. per tuas. de senten. excom. vel contra ius, vel legem, vel si quis excommunicetur, quia bonum fecit, ut elemosynam, & huiusmodi in d. gl. infra. Excommunicatio. §. 16.

ERRANTES non videntur consentire. ff. de reg. iur. l. nihil. Et si sit error iuris, excusatur a dolo, & consequenter a poena, quae propter dolum debetur. d. 95. c. ecce ego. Errans in his, quae quis tenetur scire, molliter peccat, ut in his, sine quibus salus animae esse non potest, ut sunt articuli fidei. supra, Credere.

ERVESCENTIA.

ERubescencia qua quis timet, & erubescit in his, quae sunt de necessitate salutis, ut confiteri peccatum mortale, & huiusmodi, aut confiteri ea, quae sunt fidei in articulo, peccatum mortale est, in alijs autem veniale, secundum Caiet. ibi in summa. Erubescencia est turpitudinis vitiosus timor, propter vitiosum aliquod quod vellet agere, secundum Tho. secunda secundae q. 144. a. 2. Unde est de turpi fiendo timor, verecundia vero timor de turpi facto.

ÆTAS.

ÆTAS determinata in multis requiritur necessitate a iure, sine qua, quod est actum, non tenet, ut in sponsalibus. 7. anni completi requiruntur. in matrimonio anni 12. in femina. & in masculo 14. de desponsa. impu. libr. 6. cap. vnico. nisi quando malicia aetati supplet, quod tunc est, quando sunt potentes ad coeundum simul, ut not. in d. c. vnico. In professione in femina 12. anni completi, in masculo 14. requiruntur. in c. cum vitum. de reg. & c. significatum. ibi. & c. 1. de reg. in 6. In ordinibus primae tonsurae, & trium minorum 7. anni completi. c. in singularis. d. 77. Accolitus post annum 12. in d. c. in singulis. Subdiaconatus post annum 17. completum. Diaconatus post 19. completum. Presbyteratus post

24. completum. in cle. generalem. de aetate. & quali. or. Si tamen quis ante dictam aetatem ordinetur, suscipit characterem, sed non executionem ordinis, usque ad completum tempus, ut not. in d. cle. generalem, nec episcopus potest dispensare, ut ibidem not. Non autem reperitur quod aliam poenam incurrat, secundum Archid. floren. Sed secundum Ray. Anto. de Butr. in c. vel non est. de tempo. ord. non est suspensus ab executione illius ordinis, sed debet suspendi: tamen si exercet illum ordinem ante tempus, peccat mortaliter totiens quotiens exercet, licet non efficiatur irregularis, nisi prius suspendatur a superiore, intellige igitur quod non suscipit executionem, quia sine mortali non potest exequi, non autem quod ipso iure sit suspensus, sed quod suspendi debet. infra, irregularitas. §. 82. in fin.

2 In electione monialium requiritur aetas 12. annorum completorum, aliter nulla ad electionem admittitur. cap. indemnitate. de elect. in 6. In iuramento, & testimonio, exigitur tempus pubertatis. in c. parvuli. 22. q. 5. Idem in testamentis, & in electione sepulturae. ar. in c. licet. de sepul. lib. 6. de aetate inquisitoris, infra, inquisitor. §. 1. in abbatisa aetas 30. annorum completorum. similiter in matre, seu priorissa, vel ministra, quae habet regere monasterium. in dict. ca. indemnitate. In abbate annorum 25. inceptorum. per ca. in cunctis. §. inferiora. de electioni ubi regulariter ad quamlibet dignitatem acquirendam, id tempus exigitur, licet de abbate non sit aliquid expressum. supra, Abbas. §. 1. in prioratu habente sub se collegium. 25. annorum inceptorum. ar. in cle. ne in agro. §. ceterum. de sta. regu. in prioratu non habente curam, 14. annorum completorum, quia oportet quod sit professus. capit. nullus. de electioni. lib. 6. ita tenet Pa. in cap. superinordinata, de praebend. licet alij dicant quod sufficit esse. 4. annorum, quod non tenetur. In Episcopo. 35. annorum completorum. capit. cum in cunctis